tinus, ipse non meruit tamquam
ita putatus sit celum multi
fidem numinis construxis
se ut locum ibi reperire non
possent. hoc regnante rome
et apud hebreos initio re
gni manasse a quo impio
rege propheta ysayas per
hibetur occisus samiam fu
isse sibillam referunt. xxv.

Regnante vero apud
hebreos sedechia et
apud romanos tarquinio pri
sco qui successerat anco mar
cio ductus est captivus in
babiloniam populus iudeo
rum eversa ierusalem et templo illo
a salomone constructo. In
crepantes enim eos prophete de
iniquitatibus et impietatibus
suis, hec eis ventura predi
xerunt maxime ieremias
qui etiam numerum diffiniuit
annorum.

Eodem tempore pittacus mitilene
us alius e septem sapientibus
fuisse perhibetur et quinque
ceteros qui ut septem numerentur
thaleti quem supra commemoravi
mus et huic pittaco adduntur
eo tempore fuisse scribit eu
sebius quo captivus dei po
pulus in babilonia teneba
tur. hii sunt autem solon a
theniensis, chilon lacedemo
nius, periandrus corinthius,
cleobulus lindius, bias prie
neus. Omnes hii septem appel
lati sapientes post poetas
theologos claruerunt quia
genere vite quodam laudabi
li prestabant hominibus cete
ris et morum nonnulla precep
ta sententiarum brevitate com
plexi sunt. Nichil autem mo
numentorum quod ad litteras at
tinet posteris reliquerunt
nisi quod solon quasdam le
ges atheniensibus dedisse per
hibetur. Thales vero physicus
fuit et suorum dogmatum li
bros reliquit. Eo captivita
tis iudaice tempore anaximan
der et anaximenes et xeno
phanes physici claruerunt.
tunc et pithagoras ex quo
ceperunt appellari philosophi. xxvi.

Per idem tempus cyrus rex
persarum qui etiam chal
deis et assyriis imperabat re
laxata aliquantum captivitate
iudeorum .l. milia hominum ex
eis ad instaurandum templum
regredi fecit. a quibus tantum pri
ma cepta fundamina et al
tare constructum est. incursanti
bus autem hostibus nequaquam pro
gredi edificando value
runt. dilatumque opus est usque
ad darium. Per idem tempus etiam
illa gesta sunt que conscripta
sunt in libro iudith, quem sane
in canone scripturarum iudei
non recepisse dicuntur. xxvii.

Sub dario ergo rege
persarum impletis septu
aginta annis quos ieremias
propheta predixerat reddita
est iudeis soluta captivitate
[illegible] regnante romanorum